

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Bussing

**Cippus Perenni memoriae & gloriae Viri Admodum Reverendi, per-Eximii &  
Clarissimi, Dni. M. Johannis Henrici Branden/ Wismariae ad Div. Mariae, 30. pene  
annis, Ministri & Pastoris meritissimi ... facer**

Wismariae: Rehtius, 1670


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422567>

Druck    Freier  Zugang




Balßer, Th.,  
auf J. H. Brandes,  
R. 1670.

68







## CIPPUS

Perenni memoriæ &amp; gloriæ

VIRI

Admodum Reverendi, per-Eximii &amp; Clarissimi,

Dni. M. Johannis Henrici Branden/

Wismariæ ad Div. Mariæ, 30. penè annis, Ministri & Pastoris meritissimi, Regiique  
ibidem Consistorii Assessoris & Scholarchæ gravissimi, amici, dum viveret, junctissimi, Com-  
patris & in Christo Fratris amantissime honorati, jam, ad languorem,  
desideratissimi, sacer.

**B**RANDI, Mysta calens, omīne nominis,  
Cœlorum Domini Dia benignitas,  
Quem mī subsidium, rebus in asperis,  
Clemens conciliaverat;  
BRANDI gratae DEO, chare quibuslibet,  
Ast ex asse bonis, delicium chori,  
Cordis fida mei portio, glutine  
quem JAH junxerat arduo.  
Mundi pejor avis, vulturio suo  
Seu rostro impeteret, jam tenues satis,  
Consuetos redditus, omnia lacinans,  
Mystæ quæ sacra victui:  
Seu fors colluvies roderet impia  
Cogens subsidium querere, per viam  
Juris legitimam: consilium pium,  
nunquam dissimulans, dabis.  
Seu Bellona meos supprimeret Lares,  
& me perfugium querere cogeret  
securum, patulo semper erant tua.  
Pulso tecta receptui.  
Nullus promerui, muneribus meis  
non est emptus amor, debet originem  
primævam calido colloquio sacro,  
Imō litigio pio.  
Vix mirere satis, lucta sacratior  
tum suscepta DEO, \* pectora mutuò  
inflammavit ita, ut nec violentia  
mortis diluat improba.  
Sed jactura Viri, suggerit hæc mihi  
semper: BRANDII amor tam vehemens erat,  
ut nec secla parem, si qua futura sunt  
unquam sufficiant Virum.  
O quam blandus erat vultus, amabilis  
affatus, recreans mensa benignius,  
quod fractum toties ritè refecerit  
ingratus sileam? pudor!  
Lunis quinque minor me, properas ita  
ad sedes patrias, exule me relicto  
in vita tenebris hujus & exteris  
oris! ista tua est fides?  
In te prisca fides intemerataque,  
ast ut complacuit jam Superis, ita  
factum! Macte calens BRANDIADE novo  
jam splendore poli cluens.

Cum 1. Octob.  
 anni 1640 exa-  
 minarer.  
Super differentiā  
Regeneratio  
Renovatio  
Sanctificatio  
Salvatio

Sublimi superans sidera vertice,  
BRANDI, misere Diis jam superis ova,  
Quem mī præripuit dira necessitas  
Parcarum, gemitu sequor.  
BRANDI triste Vale dico tibi quidem,  
singultus varii concutiunt, tamen  
pol non invideo quando quietior  
cœli sede locatus es.  
Ter deno Herbicom lumine viseras,  
hoc anno, ast aliis Te comitantibus:  
Bis deno æstiferi rursus; at auspice  
Tum Rectore, Scholæ Viro.  
O quam gratus erat Socratus jocus  
permistus, mihi jam rarus & insolens!  
Ast quam tristis, ego, lumine proximo, hoc  
privatus, fuerim, premo:  
O tristes literas quas generi manus,  
huc post octiduum, scripserat, algida!  
Perspersasne feram, queis lacrymis meis?  
Omnis queisque domus meæ?  
Sed quod? dura Deus pondera sustine  
per tristis Viduæ, & prolixi amatori  
in luctu fracidæ; sanguine junctiorum  
omnem mirifica domum.  
O perduc sobolem tramite fulgido  
hanc ex asse beans, quo referant patris,  
denati Domino, conspicuam satis  
Sortem, patris imaginem!  
Emenso, super est quod stadii, sequar  
BRANDI chare, tibi carmina concinens,  
decantabo DEO jubila, qui benè  
hinc exesse velit bonus.  
O Vis cœda ciens alma, fidem mihi  
firmam concilia, consolidata, fove &  
cum Mors expediet carcere corporis,  
mox, BRANDI, sociabimur,  
Felices ter & amplius.

Inter lacrymarum imbræ, corde palpis  
tante, manu trepidante

fuscitus

à

Casparo Bussingio, Neocoenobienium,  
30 annis, Pastore, magni jam Climacterici sub-  
jugo, Vires, quæ corpus, quæ animum, fracto.

WISMARIAE,  
Typis, Joachimi Georgii Rhetii, 1670.

Proverb. 4, 18.

C I P P U S







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747422567/phys\\_0009](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747422567/phys_0009)

DFG



## Ehren-Gedächtnus.

tām publicis, quām privatis so wol responendo sich zum östern rühllassen/dahero er auch von den h̄ten Theologis daselbst als Herrn Krakevitzen, Herrn D. Bartholomæo D. Georgio Maschovio, Herrn L. Rha liebet worden.

Als er nun über zwey Jahr sich wald albereit aufz gehalten / und Predigten sich geübet / hat er sei Beichtvater D. Battō, der solches guten freunde D. Halsemanno erfah zu sagen / numehr ohn fernern predigen sich zu üben / welches er wiewol mit grosser furcht / ied Nahmen am 5. Sontage nach Anno 1636. angefangen und glück bracht / ist auch nach verspürte Beystände Gottes dadurch anim gefrischet worden / sich in predige üben / also daß ihn auch die Herre und Pastores zu Greiffswald oh dencken gern und williglich. Wie nun in folgender Zeit die Re mee in Vor-Pomieren sehr äbel ge dadurch zu Greiffswald eine gr entstanden / also daß die Studiosi h weg gezogen / hat er sich auch A

